

Coφίc & *τύφοc* (**dheubh-/dhubh-*)

De adiectivi graeci *coφόc* „geschickt, kundig, klug, schlau, weise“ (Frisk, II, 754), origine atque onomasiologia his verbis etymologus suecanus concludit: „Unerklärt. Erfolglose idg. Deutungsversuche bei Bq. (u. a. Brugmann IF 16, 499 ff. m. Lit.).“ Attamen res ipsa mihi quidem non prorsus obscura esse videtur, quia nominis graeci *τύφοc* „cuneus secundum Hesychium“ plura corradicalia germanica exstant, ut angl. *dowel* quod „Klotz, Pflock, Zapfen, Nagel“ significat. Qua de causa ad radicem communem **dheubh-/dhubh-* „Pflock, Keil; schlagen? unsicher, da fast nur germ.“ (Pokorny 268) sine ulla dubitatione reducere possumus.

Talis onomasiologiae exempla satis perspicua praebet non solum graecum δέξυτης δέξυνοc, cui optime nostrum *oštrouman* respondet, sed etiam in adiectivis germanicis *spitzfindig*, *scharfsinnig*, *schlagfertig* atque in latinis nominibus synonymis *acutus*, *acumen*, *acer* *animus*, *catus* luculente apparent. Hanc explicationem plus valere quam eas quae de adi. *coφόc* adhuc prolatae sunt optime docet etymologus noster P. Skok qui *Etimologijski rječnik hrvatskoga ili srpskoga jezičika*, 1972, I, 330 s. *čivija* exponit: „*čivija* f. (Vuk, Srbija, narodna pjesma) = *čivija* (Kosmet) 1. sinonim: drveni klin (v.), postolarski drveni klinci, *lunják*, gen. *lunjka* (ŽK), 2. metafora: a) tvrdica, lukav čovjek; b) podvala, prijevara (Kosmet), upor. *burgija* u metaforičkoj upotrebi“. Odatle deminutiv na -ica *čivica* f. (*i* < *iji*) = *čivica* (Kosmet), izvedenice na -nják (upor. *čavlenják*, *grablenják* (ŽK) ‘svrđlovi za čavle, grablje’); *čivinják* m. ‘svrđao što se njime vrte rupe za čivije’; na -luk: *čiviluk* = *čivitluk* (Kosmet) ‘poduga daska ili gvožđe sa nekoliko čivija; sinonim: klinčanica’, denominat *čivijati* ‘čivjom zaprijeti’. Balkanski turcizam (tur. *çivi*) iz oblasti alata: bug. *čivija*, arb. *çivi* f. (Gege).“

Quem locum etymologi nostri explicatione viri docti Abdulah Škaljić, *Turcizmi u narodnom govoru i narodnoj književnosti Bosne i Hercegovine*, 1957, 148, s. *čivija*: „čivija, -ē, f. (tur.). 1) klin; obično se kaže za drveni klin, ali nekad se kaže i za željezni klin, napr. željezni klin, koji se stavlja u osovinu kola da kolo (točak) ne spada, zove se čivija; zatim klin, bio drven ili od željeza, koji se ukuca u zid ili drvo, na koji se što vješa; u nekim krajevima čavao nazivaju čivija. — „Sa čivije sablju ujagmio“, „Pa Ajkuna do čivije dode“, M. H. III 196, 511; 2) u prenesenom smislu znači merak, žudnja: „Ona (neka ženska) mu je velika čivija“, tj. veliki je merak svezao na nju. — Vidi izv.: *čivijati*, *čiviluk*. — Iz tur. *çivi*, klinac, čavao, klin“ — supplendum esse iure cogimur.

Quam ostendimus viam semanticam stirpis **dheubh-/dhubh-* vix ea credibilis esset nisi mutationes parallelas nostraes aetatis in medium poneremus. Ita similior factus est veri progrediens significatus inde ab homericā *coφίc* „artificium“ atque hortulo Sophiae Epicureo (Ciris, 4) usque ad basilicas Ἀγίας Κοφίκης byzantinas.